Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



eius iuxta numerū aiarū quē sufficere possunt ad esum agni. Erit aūt agnus absq; macula: masculus anniculus. Iuxta quē ritū tollens et hedum: et seruabitis eū usq; ad quartam decimam diē mensis hui⁹. Immolabitq; eū vniuersa multitudo filiorū israel ad vespam. Et sument de sanguine et ponent super vtrumq; postē: et in superliminaribus domorū in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: et azimos panes cū lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudū quid nec coctū aqua: sed assum tantū igni. Caput cū pedibus eius et intestinis vorabitis et os eius non frangetis: nec remanebit ex eo quidq̄ vsq; mane. Si quid residuū fuerit igni cōburetis. Sic aūt comedetis illū. Renes vrōs accingetis. calcamenta habebitis in pedibus: tenētes baculos in manibus: et comedetis festinātes. Est enim phase. id est transitus domini.

Passio absq; titulo.

Egressus ihs cum suis discipulis suis trans torrentē cedron vbi erat ortus. In quē introiuit ipse et discipuli eius. Sciebat ~~et iudas~~ aūt et iudas qui tradebat eum locū: quia frequēter ihs cōuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortē et a pontificibus et phariseis ministros: venit illuc cum laternis et facibus et armis. Ihs aūt sciēs oia que ventura erant super eū prodiit et dixit eis.